Nam Reynaldus genuit Walramum, Reynaldum, Henricum, Johannem, Iohannem de Heycop pastorem in Tienhoven, Yudocum, qui natus fuit post mortem Reijnaldi patris. Item Iohannam priorissam in Beverwijck, Haeskinam et Machteldim, sorores in eodem monasterio. (L-3, fol. 14v)

#### Alleen in L-1:

Porro Reynaldus bastardus predictus duxit in uxorem Margaretham filiam Iohannis Ruychrock sive de Werf consulis Hollandiae relictam Petri de Schengen et genuit ex ea Yudocum, Reynaldum et Iohannam, fabricavit autem idem Reynaldus pulchram domum in villa Heemstede in qua post modum obiit anno MCCCCLXXXI in mense Februarii et in Haerlem sepelitur apud fratres beatissime Dei genitricis de monte Carmeli in capella eiusdem Dei genitricis. Eius autem uxor ex primo marito suo iam dicto genuerat Iohannem de Schenghen. Johannes autem senior bastardus duxerat in uxorem Elizabeth filiam Egidii Wilhelmi in Haerlem de qua genuit Iudocum. (L-1, pp. 42-43)

#### Alleen in L-1:

Itaque Georgius predictus habuit in uxorem filiam unicam Philippi Ruichrock consulis Hollandiae. (L-1, p. 43)

### **Hoofdstuk 39:**

#### Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

Porro ne tam illustris stirps filiis legitimis et nobili successore careret, de consilio amicorum suorum duxit in uxorem mira cum solemnitate Yolendam filiam Ghwilhelmi illustris domini de Laleing ex Hannoniorum provincia, speciosam puellam virginem, cuius sororem iuniorem habuit in uxorem Iacobus nobilis dominus de Buschuyt. Porro hic Wilhelmus fuit vicecomes Hollandiae, et habuit fratrem dictum Symonem de Laleing, dominum de Montigi et Hautes, et etiam alium fratrem dictum Sampsonem dominum de Opperbaess. Symon autem genuit inter alios filios Yudocum de Laleing sibi succedentem, qui Iudocus post modum...

Vefrum nen tan illustris stirps nobili successione careret de consilio amicorum suorum duxit in uxorem Yolentam, filiam Wilhelmi illustris dominum de Lalleijng, vice comitem Hollandie, et genuit ex ea duos filios et quinque filias. Prima dicta est Yudoca et fuit sanctimonialis in conventu Iherusalem prope Traiectum, nunc autem in Traiecto. Secunda fuit Iohanna pedissequa Margharetae ducissae Burgundiae, qui facta est clarissa. (L-3, fol. 15r)

...etiam fuit vicecomes Hollandiae sub Maximiliano duce. Itaque uxor Wilhelmi domini de Lalleing fuit filia Johannis illustris domini de Cricki et genuit ex ea preter filias predictas Iacobum dominum de Bingekeort, Iohannem archidiaconum Leodiensem, sed post modum dominum de Lalleing, Philippum et Anthonium milites. Reynaldus autem dominus de Brederueden genuit ex Yolenda uxore sua quinque filias et duos filios. Prima dicta est Yudoca et fuit sanctimonialis in conventu Iherusalem prope Traiectum. Secunda fuit Iohanna pedissequa Margharetæ ducissæ Burgundiae. (L-1, pp. 43-44)

Alleen in L-1:

Hic itaque Franciscus cum esset quindecim annorum factus est canonicus in summo civitatis Traiectensis. (L-1, p. 44)

**Hoofdstuk 40:**

Verschil L-1 & L-3:

Cumque multi conflictus fierent, et plerique ex utraque parte occisi essent, Philippus dux destinavit litteras ad Hollandiam pro adiutorio Hollandensium. Tunc venerunt predicto duci in adiutorium Iohannes dominus de Lannoy vicecomes Hollandiae, Iohannes dominus de Wassenæ, Philippus domicellus de Wassenæ frater eius, Rutgherus dominus de Boetzelaer, Asperen et Langheraek, Walramus de Haeften, et Iohannes de Heemstede, balivus Kenemariae, cum multis aliis nobilibus et schutariis ex Hollandia. Itaque vicecomes Hollandiae predictus rogavit dominum de Brederueden ut secum duceret sub expensis propriis mille armatos promittens eidem reddere stipendia pro tanto numero, cum Flandriam veniret et exercitum ducis intraret. Quod et ita factum est, sed tamen non acquisivit stipendia sibi promissa. Reynaldus ergo dominus de Brederueden cum fratre suo Gijsberto et mille viris sicut princeps imperterritus venit propriis expensis Flandriam, et tubis frementibus et vexillis fulgidis castrametatus est in terram Waess et occupavit cum Hollandensibus oppidum Hulst, conflagrando que supererant. (L-1, p. 45)

Et in advitorium Phillippi ducis persepti properavit idem Reijnaldus dominus de Brederode et iunxit e Hollandensibus ibidem congregatem dominus ergo perdcus cum Gijsberto archidijacono Traiectensis fiem eius et ceteris suis complicibus occupavit oppidum Hulste. (L-3, ff. 15r-15v)

Alleen in L-1:

atque profugare extra terminos eorum (L-1, p. 45)

Alleen in L-1:

Quod percipiens Philippus dux gavisus est valde, regradians Hollandensibus principibus antedictis cum magna reverentia. (L-1, p. 46)

**Hoofdstuk 41:**

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

XXIV die mensis Martii (L-1, p. 46)

Alleen in L-1:

qui penes antecessores suos in ecclesia maiori decenter inhumatus est (L-1, p. 46)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

misit Traiectum Iohannem comitem de Nassouwen cum pulchra comitiva (L-1, p. 46)

Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

Arnoldus autem dux Gelriae in propria persona Traiectum venit, et petiit pro Stephano de Bavaria canonico Coloniensi. Electores vero et concapitulares Spiritum Sanctum invocantes, et electionem celebrantes elegerunt unanimi voce Ghijsbertum de Brederueden virum egregium et illustrem archidiaconum Traiectensem prepositumque in summo et prepositum ad sanctum Salvatorem. (L-1, p. 47)

Arnoldus autem dux Ghelrie filius primogenitus dominum Johannis dominum de Egmonda et de Yselsteyn fundatoris collegij Egmondensis etc. petiit pro Stephano de Bavaria canonico Coloniensi. Electores vero elegerunt unanimi voce Ghijsbertum de Brederode archidiaconi Traiectensis. (L-3, fol. 15v)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Electio namque ista facta est altera die Paschae VII die mensis Aprilis. (L-1, p. 47)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

fuit LIV episcopus electus et (L-1, p. 47)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Tempore vero electionis eiusdem viguit multum in Traiecto auctoritas ghildarum et communitatis in quibus parum est confidendum. Sed Ghijsbertus electus molliter induxit eos, ut permetterent intrare civitatem Traiectensem Reynaldum dominum de Brederueden fratrem suum, Jacobum domicellum de Ghaesbeeck, et Iohannem Proijs decanum in summo, et quam plures nobiles per Rodolphum predecessorem suum a civitate expulsos. Quibus ergo ingressis, et ex utraque parte civibus congregatis, idem dominus electus post longam relationem petiit ut essent de cetero populus unus et ipse fieret eis bonus pastor et dominus. Spoponderunt ergo omnes se id facturos. Reversusque est unusquisque cum gaudio in domum suam et magnam letitiam habuerunt de concordia. Porro nichilominus illi qui in temporibus peractis principaliores communitatis fuerant et civitatem rexerant, videntes exaltationem quondam expulsorum, caeperunt timere et passim exeuntes fugerunt Amersfordiam, eo quod sciverunt Amersfordenses fetere, in conspectu Ghijsberti electi prefati. (L-1, pp. 47-48)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

ne impedimentum inde sentirent sui oratores. Tenavit papa denarios et confirmationem non dedit, ut patebit in sequentibus. (L-1, p. 48)

#### **Hoofdstuk 42:**

Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

Porro fama publica de lectione Ghijsberti de Brederueden per totam Hollandiam volante, cogitaverunt factiones Cabbelgensium callide impedire prosperitatem huius electionis. Veneruntque per suos nuncios Bruxellam ad presentiam Philippi ducis, et manifestaverunt ei consilium eorum his verbis vel similibus: Cum in multa pace agamus parte et multa disponantur per tuam providentiam semper et ubique suscepimus optime princeps cum omni gratiarum actione. Oramus ergo te breviter ut audias nos pro tua clementia. Si igitur reverendissime princeps electio Ghisberti prosperitatem habuerit, timendum erit pro parte tua id est amissione comitatus Hollandiae. Nam Reynaldus dominus de Brederueden frater eius faciet instancias pro comitatu Hollandiae, allegando se de Stirpe primorum comitum Hollandiae esse genitum. Cum ergo iam per Hollandiam comparavit sibi multos amicos et Traiectenses et orientales Frisones similiter optinuit ad nutum suum, de facili potest complere quid prediximus. Quapropter serenissime dux, ne fiant strages et bella in Hollandia, petimus humiliter quatenus electionem prefatam impedire velitis a prosperis successibus et in omnibus promittimus adiutorium et auxilium. Quibus dictis Philippus dux statim adhibuit verbis illorum et minus iuste, quia idem Reynaldus fuit homo multum pacificus, et forte numquam talia ascenderunt ad cor eius, ymo fidelissimus semper fuit Philippo duci sicut patuit in bello Gandensi et in multis aliis actibus suis. Philippus ergo dux misit statim ad curiam romanam episcopum Atrabatensem (L-1, pp. 48-49)

Porro Phillipus dux comesque Hollandie statim ut cognovit electionem nem pendram misit instinctiu factionem Hollandensium ad curiam romanam episcopum Atrabatensem (L-3, fol. 16r)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Ambaciatores etiam Philippi ducis allegaverunt in curia romana inydoneitatem Ghijsberti electi asserentes eum esse irregularem et virum sanguinis pro eo quod fuisset in bello adversus Gandenses (L-1, p. 49)

#### Alleen in L-1:

que fuit et est dies coronationis domini pape Kalixti. Super quibus omnibus et singulis prefati sex oratores Ghijsberti electi tarn coniunctim quam divisim pecierunt publicum instru-mentum a notariis presentibus ibidem ex quo prefata materia per me extitit explanata. (L-1, p. 52)

#### Hoofdstuk 43:

##### Alleen in L-1 (komt gedeeltelijk overeen met N):

Eodem ergo duce in Hagam existente solemnizavit idem inclitus dux gloriosam curiam magnorum principum et nobilium. Specialiter tamen celebravit congregationem nobilium sui militaris ordinis, id est omnes nobiles convocavit qui cum eo gestabant circa collum torquem auream latam de qua supra pectus pendebat vellus aureum Yasonis de auro mundo. Principes ergo in eodem ordine militari existentes fuerunt XXVI in numero et Philippus dux eorum decanus erat XXVII. Erant autem in prefato numero excepto duce: Alfoncius rex Aragonum, Karolus comes Cadralensis, filius Philippi ducis, Karolus dux Aurelianensis et de Valoyss, Johannes dux de Halentson, Johannes dux Clivensis et comes de Mercha, Richardus comes de Arienne, Franco de Borsalia, comes de Oestervant, Reynaldus dominus de Brederueden, de Vianen, de Ameyda atque burchgravius Traiectensis, Henricus de Borsalia, dominus de Vere, Johannes dominus de Crouwy et de Symey, Anthonius de Crouwy et dominus de Persianen et Renth, Symon de Laleyn, dominus de Montigi, Johannes de Lannoy, vicecomes Hollandiae, Wilhelmus de Lannoy, dominus de Wilrewael, Lebegnus de Lannoy, dominus de Molenbays, Hugo de Lannoy, dominus de Zantes, quondam vicecomes Hollandiae, Johannes dominus de Cricky et Cannaples, Tibbaldus de Nucasteel, dominus de Montagy, Andreas dominus de Humieris, Mattheus de Foix, comes de Coninge, Johannes de Melin, dominus de Antonig, Petrus de Bansfremont, dominus de Saruy, Johannes bastardus comitis sancti Pauli dominus de Haudbor. Defuncti tamen erant, ut habet cronica Flandrie Meyeri, Petrus Cardomus comes Golizene, Jacobus Lalamus dominus Bingicurie, Philippus Tervantii et Mote dominus, Matheus Flussas comes Comingius et Hugo Alventanus dominus de Zantes. Igitur istis nobilibus demptis, venerunt ad solemnitatem curiae prefatae quam plures episcopi, duces, comites, barones, milites, domicelli ac nobiles absque numero et estimacione. Itaque cum Philippus dux in vestibis aureis fluctis incederet cum principibus antedictis processionaliter versus maiorem ecclesiam fiebat quotidie magnus conventus turbarum. Omni enim die audiebatur sonitus tubarum, et omnium aliorum musicorum. In ecclesia etiam maiori ad parietes pendebant vestimenta aurea in quibus ex auro purissimo sumptuose Yasonis historiae cum vellere suo aureo cum plerisque aliis mirabilibus historiis magnificis expensis extextae erant. Durante etiam solemnitate prelibata milites egregii ac domicelli quotidie laborabant in hastiludiis et tyrociniis. Itaque una dierum cum dominus de Brederueden venturus esset a Traiecto ad Hagam, Cabbelgenses posuerunt ei insidias in duobus locis, ut occideretur in itinere. Sed Deo disponente illis diebus non exivit Traiectum, quando credebant eum venturum, quia propter causas emergentes oportebat eum manere, cum tamen ignoraret insidias. Cum ergo in alio tempore subito venisset ad Hagham Comitis, ut loqueretur cum Philippo duce de fratre suo electo, ecce Cabbelgenses absconderunt quingentos viros armatos in tribus domibus scilicet Oestervant, Gaesbeeck et Wassenaer, ut tempore ad hoc nacto eum interi-merent. Sed consilium eorum percepit ipse et subito magna cum potentia recessit ab eis et venit Traiectum. Cernentes autem Traiectenses quod Philippus dux decreverat David introducere cum potestate in possessionem episcopii allegaverunt inydoneitatem ipsius David, dicentes: habemus in privilegiis, quod nullus illegittimus debet assumi ad minimum officium in ecclesia Traiectensi, quantomagis pastor seu episcopus illius ecclesiae debet esse de legitimo thoro natus. Contra hanc allegationem Philippus impetravit nobilitationem seu dispensationem pro David filio suo. Sed nec sic Traiectenses ad huc contenti erant quia congre-gaverunt stipendarios pugiles et frumenta in preparationem pugne futurae. Insuper edificaverunt machinas et fortalicia ante civitatem ut inde se defenderent. Decani ergo ghildarum habentes auctoritatem ad huc magnam in civitate

Traiectensi acceperunt quotidie in societatem eorum ribaldos et truphatores. Qui sic multiplicati habuerunt multociens invicem occulta consilia, et tandem ad hoc devenit eorum iniqua potestas, quod minores seu pauperiores civitatis voluerunt esse maiorum auctoritatis, et sic deprimere maiores et sapientiores urbis. Aliquando ergo captivarunt aliquos de potentioribus qui multociens erant in magno periculo occisionis. Igitur in anno Domini MCCCCLVI in die sancti Marci evangelistae communitas convenit in unum congregata super plateam appellatam de Noey ad perficiendum multa mala. Quod cum Ghijsbertus percepisset venit cum domino de Brederueden fratre suo, et Heynrico burch-gravio de Montfoerd cum multis militibus, scutariis et armigeris animosis communitati obviam ad resistendum tumultuanti vulgo. Igitur cum vidissent dominum electum cum suis paratissimum ad prelium timuerunt valde et petierunt ab eo dexteras. Qui dedit eis pacem tali condicione ut deponerent arma sua, et qui volebant esse cum eo declinarent in alteram partem. Omnes ergo tam divites quam pauperes se transtulerunt ad dominum electum. Tunc Ghijsbertus electus Traiectensis deposuit consilia eorum et ne de cetero per pelvim congregarentur sub pena decollationis ipsis interdixit. Constituitque rectores civitatis secundum antiquum bonum modum et probi viri captivi liberabantur et sic cessavit de cetero eorum tumultuatio. (L-1, pp. 52-56)

Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

Insuper Iohannes de Hensberch episcopus Leodiensis consiliarius ducis et consanguineus electi una dierum promisit domino electo quod impetraret ei pacem a Philippo, et in casu quo non posset ipsum ducem dimitteret et cum mille equitibus expensis propriis veniret sibi adversus ducem in auxilium. Cum ergo predictus episcopus instancius prae ceteris omnibus laboraret pro pace et dux promissionem iam dictam percepisset, coegit eundem antistitem, sicut publica fama intimabat, ad resignandum episcopatum Leodiensem. Quod et postmodum fecit invitis Leodiensibus et ipse dux per assensum domini pape constituit Ludowicum filium ducis Borboniae episcopum in Leodio quem tamen Leodienses non benigne receperunt. (L-1, p. 56)

Insuper Iohannes de Hensberch episcopus Leodiensis consiliarius ducis et consanguineus Ghijsberti electie etiam apud ipsim ducem institit multum pro pace componenda sed nequivit. (L-3, ff. 17r-17v)

**Hoofdstuk 44:**

Alleen in L-1:

maritum Annae bastardae eiusdem ducis (L-1, p. 56)

Alleen in L-1:

cum Iohanne domino de Wassenae, et multis armigeris venit in Ghorichem, ibique honorifice receptus, introductus fuit solemniter cum processione a decano et capitulo sequentibus oppidanis, cum consulatu in ecclesia. Ibique post gratiarum actiones extra ecclesiam cum multis cereis et luminaribus in suum deductus fuit hospicium. Altera vero die cum curribus et equitibus perrexit Tyelam. Deinde (L-1, p. 57)

## **Hoofdstuk 45:**

### Alleen in L-1:

universalem expeditionem per totam Hollandiam indixit et in festivitate (L-1, p. 57)

### Alleen in L-1:

Mansit autem idem dux cum Karolo comite Cadralensi, filio suo, in oppido Leydensi per plenam ebdomadam. Ubi dum esset vocavit ad se de Traiecto sub firmis treugis Reinaldum dominum de Brederueden fratrem electi Traiectensis. Qui misit primo ante se Henricum burchgravium de Montford, cum viginti quinque equitibus ad denunciandum suum adventum. Altera vero die ipse dominus Brederuedensis venit cum centum equitibus et statim fit concursus virorum, mulierum puerorumque et videndum eum tam egregie intrantem. Reinaldus ergo dominus prefatus cum Iohanne duce Cliviae, et Henrico burchgravio de Montford, Iohanne Proijs, decano in summo, et Iacobo Preus fratre eius, pervenit ad presentiam ducis. Sed cum nec sic pax posset componi, idem dominus Brederuedensis rediit Traiectum ad fratrem suum electum. (L-1, pp. 57-58)

### Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Habuit etiam Philippus dux penes se, preter predictos in exercitu suo Karolum comitem Cadralensem, filium suum, Iohannem ducem Clivie, Iacobum filium ducis Borboniae, Adulphum dominum de Ravesteyn, fratrem ducis Cliviae, Iohannem comitem de Marie, Petrum comitem de Bryanen fratrem eius, filios Ludowici comitis Sancti Pauli, Wolferdum comitem de Bochon, filium Heynrici domini de Vere, Iohannem dominum de Crouwy, Iohannem dominum de Crick, Iohannem dominum de Lannoy vicecomitem Hollandiae, Wilhelmum dominum de Egmonda, et Iohannem dominum de Wassenauer, cum multis aliis nobilibus et scutariis laude dignis. (L-1, p. 58)

### Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

Pax ergo componitur et promulgate in hunc modum scilicet ut Ghijsbertus electus cederet sue electioni, et sic Ghijsbertus maneret deinceps archidiaconus Traiectensis et prepositus in summo sicut prius fuerat. Preposituram autem sancti Salvatoris iam resignaverat domino Wilhelmo de Montford. Insuper et haberet preposituram sancti Donatiani in Brugis, quae magnis opibus extitit dicata atque ad vitam maneret consul Hollandiae cum duplici stipendio. (L-1, p. 59)

Pax ergo componitur et promulgatur in hunc modum. Ex Ghijsbertus electus cederet sue electioni et maneret deinceps archidiaconus Traiectensis sicut prius. Insuper et haberet preposituram sancti Donatiani in Brugis atque ad vitam maneret consul Hollandie cum duplici stipendio. (L-3, fol. 18r)

### Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Deinde David episcopus ivit decenter ad ecclesiam Traiectensem habens a dextris Ghijsbertum sepedictum electum et a sinistris Iohannem Preuss decanum ecclesiae Traiectensis et ibi solemniter introductus fuit, quia Ghijsbertus archidiaconus iam dictus locavit eum super cathedram episcopalem et homogiatur. (L-1, p. 59)

## **Hoofdstuk 46:**

### Alleen in L-1:

Et fuit processum contra eos per David episcopum Traiectensem et per procuratorem eius fiscalem. Et cum clerus adhuc nollet reddere (L-1, p. 60)

#### Alleen in L-1:

perrexissent cum curru extra Traiectum versus Amersfordiam et (L-1, p. 60)

#### Vershil L-1 & L-3:

Erat enim eis iratus idem bastardus eo quod sibi cum missus fuerat a patre suo Zantfordiam cum Alberto de Raphorst, sculteto Harlemensi, contumeliam et violentiam intulerant in predicta villa, quare etiam predictum Albertum occidisset si eum ibidem repperisset. Nichilominus tamen pater eius Reinaldus valde inde doluit, et eum longo tempore videre noluit. Quibus sic occisis tantus fuit dolor in Haerlem quod Haerlemenses dimiserunt exinde clerum in pace, et in antiquis consuetudinibus. Interfecti sunt autem in anno prenotato septima die mensis Aprilis et pacificatur hoc homicidium per Walramum praenominatum post annos decem (L-1, pp. 60-61)

Erat enim eis iritatus idem bastardus eo pro sibi contumeliam et violentiam intulerant in Santfordia super mare in domino dp,omi, de Brederode patris sui. Pacifiratur autem hoc homicidium post annos decem per eudem Walramum. (L-3, fol. 18r)

#### Hoofdstuk 47:

#### Vershil L-1 & L-3:

Eodem etiam anno David episcopus Traiectensis habitavit ad tempus in Horst, et multi exules de Traiecto fuerunt illis temporibus in Amersfordia hospitati. Quare magnae discordiae et gwerrae surrexerunt inter Traiectenses et Amersfordienses. Nam Traiectenses exierunt adversus Amersfordiam, et molestabant oppidum graviter valde sagittantes ignem in oppidum in tantum quod novum oppidum inde combustum sit. Quod cum episcopus cognovisset, intravit in Amersfordiam. Quo intrante Traiectenses recesserunt ab oppido. Mansit tamen gwerra inter Traiectenses et Amersfordienses. Capitanei vero Traiectensium fuerunt Reynaldus de Brederueden; Ghijsbertus archidiaconus frater eius; Henricus burchgravius Montfordie cum plerisque aliis nobilibus. Contingebant enim ex hac gwerra quotidie hinc inde magna et multa damna. Tractatus fuerunt de concordia sed nichil ad pacem profecerunt, quia David episcopus voluit omnino quod exules Traiectenses haberent introitum civitatis, sed civitas Traiectensis noluit hoc admittere. Anno ergo MCCCCLVIII post festum Paschae...

Anno eciam eodem magne discordie surrexerunt inter Traiectensis et Amersfordensis. Quare Traiectensis exierunt versus Amersfordiam molestantes oppidum oppidum valde. Quid cum episcopus connoiusset intravit Amersfordiam quo intrante Traiectensis recesserunt ab oppido et tandem pax est firmata inter eos. (L-3, fol. 18v)



...Traiectenses exierunt cum magno exercitu, et fabricaverunt quoddam fortalicium super Emam, et repleverunt suis armatis quorum capitaneus fuit Wilhelmus de Wij. Tunc intravit territorium Traiectense in adiutorium episcopi et oppidi Amersfordiensis Anthonius bastardus Philippi ducis cum mille equitibus. Preparavitque se adversus civitatem Traiectensem et misit prefate civitati diffidationis litteras et combussit aliquas domos super Biltam, et sic Traiectensibus non exeuntibus reintravit Amersfordiam. Tandem pax est firmata sed exules Traiectenses non optinuerunt ingressum civitatis. Anno MCCCCLIX David episcopus, mortuo Iacobo domicello de Gaesbeeck optinuit sub dominio suo oppidum et castrum Wijckdorestadum. Fabricavit autem multa in eodem castro, melioravit, fortificavit de cetero pro maiori tempore ibidem habitavit. (L-1, pp. 61-62)

#### **Hoofdstuk 48:**

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

tali tamen condicione ut exules manerent eiusdem condicionis sicut ante tempora declaratum fuerat, in compositione pacis inter Philippum ducem et Rodolphum episcopum Traiectensem quondam. Etiam nunc promulgatum fuerat, quod magister Gherardus de Rijn, magister Iohannes Brant, dominus Wilhelmus de Bochorst, et Everardus Vreyss manerent extra civitatem Traiectensem, donec concorditer simul placeret civitati Traiectensi, archidiacono, domino de Brederoden et burchgravio Montfordie et non aliter. (L-1, p. 62)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Deinde aliquibus annis post hoc elapsis, antistes iterum petiit a predictis nobilibus, ut magister Iohannes Brant optineret ingressum civitatis Traiectensis. Dominus autem Breruedensis in tantum laboravit apud alios qui habebant interesse ut admitterent, et sic magister Iohannes Brant intravit civitatem. (L-1, p. 63) *N.B.: in L-3, fol. 18v staat wel het eerste woord van dit fragment [Deinde] maar dat is doorgestreept.*

Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

Post hoc cum magister Reynerus factus esset consul episcopi Traiectensis, venit idem magister missus ab eodem episcopo una dierum circa horam septimam in mane ad dominum Breruedensem et archidiaconum fratrem eius, dicens eis post consuetam salutationem sic: Ecce domini mei, in brevibus diebus dominus meus episcopus habuit relationem mecum de nobilitate personarum vestrarum de qua multum contentatur. Insuper inter cetera asseruit si...

Deinde cum magister Reijnerus factus esset consul episcopi Traiectensis, venit idem magister una dierum ad dominum de Brederode et archidiaconum fratrem eius dicens eis: Ecce dominum mei, alias dominus meus antistes habuit relationem mecum de nobilitate personarum vestrarum et asseriuit si totaliter posset incumbere super vestram prudenciam et potestatem pro tunc cent bonum contentus et quisdam a se mittere decerneret. Sum vero ei...

...integraliter et cordialiter posset incumbere super vestram sapientiam et potestatem, quod valde bene tunc esset contentus, et estimaret se de cetero fore securum, et plures alios dimittere intenderet a societate sua. Cui responderent dicentes: Totum quod possumus ad mandatum suum promptissimum semper inveniet tam consilio quam facto, sed si postquam ei in omnibus obtemperaverimus intenderet nos a se reicere sicut aliquos reiecit melius nobis tunc esset manere domi quam suis negociis implicari, quia qui vult auxiliator dominorum fieri non habebit gratiam vulgi. Quibus dictis magister Reynerus blande locutus est ad eos, et perduxit eos tandem ad presentiam David episcopi Traiectensis. Tunc episcopus locutus est ad eos verba magistri Reyneri anteposita. (L-1, pp. 63-64)

#### Verschil L-1 & L-3:

et facere sicut preceperint et non aliter. Et post plura verba redierunt ad edes suas. Fecerunt autem predicti rectores sepius sicut ipsis ab episcopo fuerat imperatum, accedentes ad dominos predictos pro consilio in eius absentia. (L-1, p. 65)

#### Alleen in L-1:

et quod nos eis diceremus pro rato haberetis. (L-1, p. 66)

#### **Hoofdstuk 49:**

#### Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

psalterii psalmi scilicet Attendite. (L-1, p. 66)

...responderunt dicentes: Potem utisque confidere in nobilibus si nos possuus confidere in ipso. Itaque cum pervenissent ad presentiam episcopi locutus est eis presul verba magistri Reijneri antidicta. (L-3, fol. 18v)

*N.B: L-3 heeft Augensprung in laatste zin.*

faciatem pro<sup>m</sup> corum determinatioenque et non alitur. Et post plura verba redierunt singuli ad edes suas facientes deinceps pro<sup>m</sup> corum determinationem et non aliter sicut mandaverat persus (L-3, fol. 19r)

psalmi LXXVII. (L-3, fol. 19v)

#### Aleen in L-1 (komt gedeeltelijk overeen met N):

Cogitanti ergo mihi de iam dicti Reynaldi tribulatione flere magis libet quam aliquid scribere. Cuius enim vel saxeum pectus ille huius tribulati pene ad compaciendum non emolliant. Hanc autem temptationem ideo permisit Deus evenire illi ut posteris nobilibus daretur exemplum patientiae eius, sicut et sancti Iob dilecti Dei. Nam sicut beato Iob insultabant amici sui ita isti insultabant et paenas inferebant quos ipse numquam offendit. Vel ideo permisit Deus illi evenire hanc pessimam temptationem, ut levius a peccatis suis purgaretur. Cum enim omni peccato debetur paena, multo melius hic in foro minimae quam postmodum in foro iusticiae punitur testante Ezechiele propheta qui sic dicit: Diem pro anno dabit tibi Dominus. Ac si aperte dicat: Sicut levius et brevius est puniri per diem quam per annum, sic levius et brevius est puniri in presenti tempore quam in futuro. Dicit enim Deus ad tribulatos per Naum prophetam: Non consurget duplex tribulacio affligi te et non affligam te ultra, et convertam nunc virgam de dorso tuo et vincula tua disrumpam. (L-1, pp. 66-67)

Verschil L-1 & L-3:

Nam cum idem Reynaldus dominus Breruedensis sexaginta quasi annos in etate haberet et iam senio lassus esset quedam diaboli membra tunc erant in territorio Traiectensi et Hollandensi homines scilicet pestiferi, et pacis turbatores, et eorum quidam erant nobiles et quidam ignobiles divites, qui conspiracyem, traditoriam firmaverunt valide adversus iam dictum principem (L-1, p. 67)

Nam cum idem Reynaldus iam senio lassus esset quedam diaboli membra firmaverunt valide adversus iam dominum nobilem satrapam (L-3, fol. 19v)

Alleen in L-1:

et nomen eius delebant de memoria hominum (L-1, p. 67)

Alleen in L-1:

Nomina autem virorum illorum non est meum exponere, quia hoc esset nimis periculosum, eo quod lites et bella inde possent oriri, sed Deo cui nuda sunt omnia et aperta iusto iudicio iudicante manifestabuntur. Revelabuntur enim celi iniquitatem eorum et ipsos et terra adversus eos consurget, et manifestum erit peccatum illorum in die furoris Domini. Dicit enim Dominus noster in ewangelio sancti Mathei, quia nichil opertum quod non revelabitur. Hii ergo homines considerantes Reynaldum dominum de Brederueden, in pulchritudine pacis gaudere, et Deo in tranquillitate famulari, equo animo sustinere non quibant. (L-1, pp. 67-68)

Verschil L-1 & L-3:

Quamobrem adierunt occulte ad Karolum ducem comitemque Hollandiae, et ad David episcopum fratrem eius, et diffamaverunt eum ac fetere fecerunt in conspectu illorum, callide cogitantes, et ad invicem dicentes: Non sint manus nostrae in eum, sed coneratur a duce nostro et fratre suo episcopo David. (L-1, p. 68)

Quamobrem hii pestiferes homines adierunt occulte ad Karolem ducem comitemque Hollandie et ad David episcopum Traiectensis fratrem eius et diffamaverunt eum callide cogitantes et ad invicem dicentes: Non sint Manus nostre in eum sed coneratur a duce nostro et fratre suo episcopo David. (L-3, fol. 19v)

Alleen in L-1:

Exacuerunt ergo tamquam gladium linguas suas, et dentes eorum erant arma, et sagittae et lingua eorum gladius acutus, et propterea eum dederunt episcopo, ut quasi ipsi a tribulatione eius viderentur immunes, loquentes ad invicem: (L-1, p. 68)

Verschil L-1 & L-3:

Exacuerunt enim tamquam gladium linguas suas, et firmaverunt sibi sermonem malignum; unde zelus quo tendat, quo prosiliat livor, invidia quo feratur presentis historia patefacit immunitas. David igitur episcopus nimis credulus verbis predictorum susurronum effectus, satis preceps etiam fuit ad tribulandum illum, eo quod sibi videbatur, magna utilitas inde sibi evenire. Nicholominus tamen occulte hoc decrevit adimplere et non manifeste quia tunc idem...

Exacuerunt enim tanquam gladium linguas suas et firmaverunt sibi sermonem malignum David igitur episcopus nimis credulus verbis predictorum susurronum effectus. Satis princeps etiam fuit ad tribulandum illum. Nichilous tamen occulte hoc decrevit incipere et non manifeste. (L-3, fol. 20r)

...Reynaldus optime precavisset ex eo quod erat ingenio clarus, et multos in civitate habebat amicos. (L-1, p. 68)

### **Hoofdstuk 50:**

#### Verschil L-1 & L-3:

Reynaldus dominus de Brederueden omnium predictorum malorum inscius et ignarus, assumpsit secum quinque filios suos bastardos videlicet Walramum drossatum terrae Vianensis, Reynaldum balivum in Vosschol, Henricum, Iohannem et Iohannem, et Gherardum de Rijn, et perrexit cum eis Wijckdorestadum, ut tractaret cum antistite David de utilitate rei publicae, nesciens quod grande malum machinaretur ei ab eodem pontifice. Non enim erant lites et inimiciciae apertae inter eos, et ideo idem Reynaldus absque armis et absque magna turba famulorum profectus est. Nam assumpsit tantum secum duos currus, et in uno illorum ipse sedebat cum filiis, et Gherardo de Rijn. In altero autem erant ministri eius, ceteris in civitate Traiectensi remanentibus. Cumque sic ut premittitur Wijckdorestadum intrasset (L-1, p. 69)

#### Verschil L-1 & L-3:

David episcopus ostendit domino de Brederueden signum pacis et amicitie magne quia misit sibi cibaria et fercula in magna opulencia, ut laetus existeret. (L-1, p. 69)

#### Verschil L-1 & L-3:

Quod ut Reynaldus audivit decrevit aliquantulum et ipse dormire et postea cum episcopo expedire negocium suum. Interea dominus David disponebat omnia que erant necessaria ad futuram captivitatem. Cumque pertransisset spacium unius horae (L-1, p. 70)

Reynaldus dominus de Brederueden omnium predictorum malorum inscius et ignarus venit Wijckdorestadum cum quinque filiis suis bastardis et Gherardo de Rijn ut tractaret cum antistite de utilitate rei publicae missus a civitate Traiectensis. Qui cum Wijckdorestadum intrasset. (L-3, fol. 20r)

David episcopus ostendit domino de Brederode signa amicitie magne (quam tum in corde non habebat) quia misit ei cibaria et fercula in magna opulencia ut letus existeret et nequerciam quam habebat in corde minim perciperet. (L-3, fol. 20r)

Quod ut Reynaldus audivit decrevit et ipse aliquantulum dormire. Interea David ~~disponeb~~ non dormivit ut eidem nobili domino inmaverat sed cuncta ad captivitatem (non ad alicuius nobilis sed cuiusdam pessimi latronis et nephandis suni proditoris) quia erat accrancia caute disponebat ut patebit. Transacto igitur unius hore spacio (L-3, fol. 20v)

*N.B. L-3 streept een woord door dat op die plek in L-1 voorkomt.*

#### Verschil L-1 & L-3:

Quo audito vehementer expavit et quid solus inter ministros crudeles ageret ignoravit (L-1, p. 71)

#### Verschil L-1 (komt overeen met N) & L-3:

Reynaldus ergo dominus de Brederueden nesciens cur ista sibi inferebantur quia nichil mali sibi conscius erat post ammirationem nimiam manum mittit ad fortia, et orat Deum pro patientia, sciens quin per multas tribulationes oportet intrare regnum caelorum. Igitur filii bastardi eius cum famulis eiusdem erant inferius prope novam structurant ludentes cum puis, estimantes quod dominus eorum loqueretur cum episcopo ignorantes factum predictum. Tandem quibusdam horis transactis venit quidam dicens eis auctoritate episcopi: Recedatis et ite in oppidum ad hospicia vestra. Cui Reinaldus bastardus dixit: Non recedemus absque patre nostro. Tunc ipse et alii filii post parvam morulam volebant videre et habere patrem suum, sed non potuerunt, sed dictum est eis quod recederent sine mora de castro ad oppidum. Qui cum se iratos ostenderent et egredi non vellent vocati sunt sagittarii oppidi ut custodirent Castrum et oppidum, et sic filii bastardi compulsi sunt ire ad oppidum in hospiciis suis et sub fide iussione mandatur eis ne exeant oppidum. (L-1, pp. 71-72)

#### **Hoofdstuk 51:**

##### Verschil L-1 & L-3 :

Erat enim huic generoso viro Reynaldo sicut sepius dictum est quidam unicus frater ex utroque parente Ghijsbertus nomine, quondam electus Traiectensis. Hic ut superius dictum est Traiectense pontificium cum suum ex electione esset, tradidit illud per resignationem episcopo David, a quo sibi et fratri suo nunc multa mala inferuntur. Unde et idem Ghijsbertus dicere potuit: Numquid mihi redditur pro bono malum quia Traiectense pontificium de iure meum erat et illud dedi tibi. Quod autem malum sibi reddidit patet in sequentibus. Nam idem antistes captivato Reinaldo domino de Brerueden cogitavit apprehendere eciam...

Quo audito vehementer expavit et quid solus inter ministros (in eum ut lupi capares insipientes) ageret ignoravit (L-3, fol. 20v)

Reynaldus ergo dominus de Brederueden nesciens cur ista sibi inferebantur post ammirationem nimiam orabat Deum pro patientia sciens quin per multas tribulationes oportet intrare regnum celorum. Igitur filii bastardi eius cum famulis eiusdem nobilis baronis ludebant inferius cum pilis quibus tandem dominum om recedate et ite in oppidum ad hospicia uram. Qui cum non vellent ire sum corum domino vocati sunt sagittarii oppidi ut custodirent castrum ~~et oppidum~~. Et sic filii bastardi et ceteri famili compulsi sunt intrare hec oppidum et hospicia sua quibus sub fide iussione in super mandatur ne exeant oppidum. (L-3, ff. 20v-21r)

*N.B. L-3 streept een woord door dat op die plek in L-1 voorkomt.*

Huius itaque Reynaldi nobilis baronis frater Gijsbertus archidiaconus, quondam electus Traiectensis ut fiperius dictum est pontificum Traiectensis cum elcionne canonica suum esset tradidit illud per resignationem episcopo David a quo sibi et from suo nunc multa mala inferuntur. Unus et idem Ghijsbertus dicere potuit. Nunque redditur mihi malum pro bono quia pontificum Traiectensis de iure meum erat et tibi illud dedi. Qui autem malum pro bono sibi reddidit ptz in sequentibus. Nam idem antistes ~~captiva~~ captivato fratrem archidiaconi Reijnaldo domino de Brederode eodem sero cum tribus equis intravit...

...Ghijsbertum archidiaconum fratrem eius. Dixit ergo ministris suis ut prepararent tres aut quatuor equos; quibus preparatis dixerunt servi sui: Fecimus domine, quod iussisti. Eodem ergo sero episcopus cum illis equis indesinenter equitans intravit civitatem Traiectensem. Quam cum ingressus esset, fecit congregationem fieri per pulsationem maioris campanae. (L-1, p. 72)

Vershil L-1 & L-3:

Ghijsbertus autem prepositus audiens episcopum cum paucis civitatem intrasse, et congregationem fieri civium, venit (*L-1, p. 72*)

Vershil L-1 & L-3:

At ipse ut haec audivit stupor irruit super eum, et pavore concussa sunt omnia viscera eius. Quod videns Georgius filius bastardus eius habens in manu sua malleum de plumbo voluit interficere pontificem, quia videbat quod in triplo maior numerus pugilum erat cum eo quam cum episcopo. Ghijsbertus nolens manus suas mittere in sacratum pontificem, retinuit eum et omnes socios eius, ne percuteret antistitem. Estimans ergo episcopum inducere verbis dulcibus et rationibus ad liberationem fratris sui Reynaldi, ivit cum pontifice David ad palacium eiusdem presulis, quod tamen omnibus amicis suis displicuit. Ubi dum esset captivatur ab episcopo et vinculatur in pedibus, et insuper avertit faciem suam ab eo ne eum loquentem audiret. Quievitque nocte illa in civitate Traiectensi. Eodem vero sero banniti fuerunt a civitate Traiectensi omnes famuli Ghijsberti archidiaconi et fratris sui Reynaldi domini de Brederueden. Altera autem die prope meridiem posuit Ghijsbertum captivatum in curru ante palacium prefatum et permisit eum ibi ad tempus sic sedere in publico, ut magis adhuc confunderetur et spectaculum fieret omnibus civibus. At Ghijsbertus positus cum facie versus ecclesiam sancti Martini, et sublevatis oculis aspexit eam lachrimaeque erumpentes, et pre pudore ab oculis eius exilientes valedicens beato Martino totum se illi commendabat. Post hec episcopus cum Ghijsberto archidiacono ad ...

...civitatem Traiectensis faries congregationem civium per pulsationem campanae quia dicitur die banck clock. (L-3, fol. 21r)

Ghisbertus autem prepositus et archidiaconus ista percipiens venit (L-3, fol. 21r)

At ipse ut haec audivit stupor irruit super eum, et ivit cum pontifice David ad palacium eiusdem presalis estimans ipsem in ducere verbis dulcibus et rationibus ad liberationem dominorum de Brederode fratris sui quidam cum omnibus amicis suis displicuit qui libenter defendissent et cripuissent eum demanibus episcopi si ipse voluisset Ghisbertus autem archidiaconus cum provenisset ad palacium statim captivatur et vinculatur in compendibus nec episcopo loqui permissus est. Quievitque ibi nocte illa. Eodem etiam sero banniti fuerunt a civitate Traiectensis omnes famuli et commensales amborum nobilium dominorum sey archidiaconi et dominum de Brederode.

Altera autem die prope meridiem posuit captivatum in curru ante palacium prefatum et permisit eum ibi ad tempus sic sedere in publico ut mage adhuc confunderetur et etiam ut omnibus spectaculum fieret. At archidiaconus positus cum facie versus ecclesiam sancti Martini et sublevate oculis aspexit eam lachrimaeque erumpebant ab oculis eius et valedicens beato Martino totum se illi commendabat. Post hec episcopus cum Ghijsberto archidiacono perrexit ad Wijckdorestadum ubi frater eiusdem tenebatur in custodia, et locavit iam dictum prepositum et archidiaconum in camera alterius turris eiusdem castri. Tunc presul Traiectensis vocavit ad castrum prefatum ex oppido...

...Wijckdorestadum ubi frater eius tenebatur in custodia, et locavit iam dictum prepositum in camera alterius turris. Tunc episcopus vocavit ad castrum prefatum ex oppido omnes filios bastardos domini de Brederueden. Et iuniorem Iohannem quia clericus erat et ad sacerdocium tendebat permisit ire quo volebat. Reliquos vero omnes captivavit, et trusit in carcerem tenebrosum et immundissimum. In quo cum fuisset per quinque dies, episcopus permisit tres abire, scilicet Reynaldum, Henricum et Iohannem seniore. Sed Walramum horribiliter vinculatum locavit in iam fato carcere horrendo. (L-1, pp. 73-74)

...omnes filios bastardos domini de Brederueden. Sed iuniorem Iohannem quia clericus erat et ad sacerdocium tendebat permisit ergo vellet ire. Reliquos vero quattuor captivavit, et trusit in carcerem tenebrosum. In quem cum fuisset per quinque dies, episcopus permisit tres abire, scilicet Reynaldum, Henricum et Iohannem seniore. Sed Walramum horribiliter vinculatum servavit in eundem carcerem. (L-3, ff. 21r-21v)

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Igitur episcopus ut amici antedictorum nobilium magis debilitarentur et ipse plures amicos haberet, rediit Traiectum, et introduxit exules multos qui erant ante tempora proscripti a civitate, qui latitaverant apud Amersfordiam, quos novit esse inimicos horum nobilium. Yolenda igitur uxor Reynaldi domini de Brederueden cum filiis et filiabus suis se transtulit ad Vyanen oppidum suum, ut ibi tute cum filiis suis maneret. Venerunt etiam ad Vyanen pro defensione et tuitione oppidi ex Gelria filius sororis domini de Brederueden, videlicet Walramus dominus de Ameroyen, et Walramus de Haeften. Adversarii ergo prelibatorum nobilium fecerunt per totam terram pessimam famam fieri ut eos odiosos redderent cunctis hominibus, et sufflantes divulgaverunt ubique quod erant traditores pessimi, et quod nisi episcopus eos captivasset, ipse antistes infra dies tres expulsus fuisset ab episcopatu suo et sic ulterius laborassent in detrimentum Karoli ducis. Cumque talis fama odiosa divulgata fuisset per totam terram, erubuerunt amici eorum vehementer, quia numquam dictus vel auditus fuerat sermo huiusmodi de eis vel de eorum progenie. Quod autem talia non pretenderunt patet, quia si hoc voluissent, quia tunc non melius factum fuisset quam a Ghijssberto archidiacono tempore suae captivitatis, quia tunc habuit occasionem et vim faciendi. Flebant ergo sui et ad amaritudinem mentis perducebantur omnes amici eorum eo quod tam insignes viri sicut fures et latrones in pacis terra et tempore essent captivati. Oratio autem fiebat sine intermissione ab incolis dominationum suarum ad Deum pro eis. (L-1, pp. 74-75)

Alleen in L-1:

Quem apprehendit in die Apostolorum Petri et Pauli, et hoc sic: Nam postquam captivasset episcopus predictos nobiles, iste civitatem exivit, pro quibusdam suis negociis expediendis. Tandem rediens in die Apostolorum dum episcopus cum ceteris canonicis post vesperas ecclesiam sancti Petri solemniter visitaret, affuit eciam ibidem Iohannes scultetus, et vadens ad pontificem ostendit se illi et salutavit eum. Resalutavit eum antistes et ostendit illi faciem iocundam et amicabilem. Solempnitate igitur pacta Iohannes de Amerongen non cogitans fraudem secutus est episcopum ad palacium suum, et intravit cum eo aulam. Ubi cum esset David dixit conviciando ad scultetum Traiectensem: Optime bene venistis ab Adulpho principe Gelriae. Oderat enim episcopus Adulphum iuniorem principem Gelriae eo quod patrem suum proprium detinebat in vinculis, et etiam propter aliam causam que talis erat. Recessit enim aliquando ab eo quidam servus eius qui furatus fuerat preciosa clae-nodia sua, et hic apprehensus est et suspensus in terra Ghelrensi, ab eodem Adulpho. Et cum episcopus libenter rehabuisset clenodia sua, Adulphus noluit sibi mittere quia in furto ea comprehenderat. Tunc Iohannes de Amerongen cepit se excusare de opere sibi imposito. Verum tamen episcopus non excusationem accipiens captivavit eodem sero eum. (L-1, pp. 75-76)

Vershil L-1 & L-3:

Quem cum apprehendisset misit Wijckdorestadum et posuit eum in vinculis. Igitur idem episcopus libenter eciam captivasset Iohannem burchgravium de Montfoerd, et Jacobum de Nyenvelt, et ceteros insignes, quos scivit amicos esse Reynaldi domini de Brederueden, sed non potuit quia videntes in predictis dolum eius semper se absentabant ab eius presentia.

(L-1, p. 76)

Quem cum apprehendisset in diem apostolorum Petri et Pauli misit eum de Traiecto ad Wijckdorestadum et posuit eum in vinculis. Eciam libenter captivasset Iohannem burchgravium de Montfoerd, et Jacobum de Nievelt, et ceterosque insignes amicos dominorum captivatorum, sed non potuit quia videntes in predictis dolum eius semper se absentabant ab eius presentia.

(L-3, ff. 21v-22r)

**Hoofdstuk 52:**

Alleen in L-1:

Porro inimici prefatorum nobilium gaudebant super captivitatem eorum, et iocundabantur in tyrociniis et hastiludiis, et mittebant invicem salutationes et imprecationes gaudiorum. Alii autem eorum edentes et bibentes ducebant choros et celebrabant convivium magna. Alii vero dicebant: Visi sunt super terram semel, quasi dicerent, amodo non videbuntur. Et quidam illorum manifestos fecerunt se ipsos. Nonnulli etiam pergebant per terram Hollandiae et diocesim Traiectensem, investigantes subtilissime ubique vitam et facta illorum, ut invenirent occasiones legitimas ad predendum eos et non invenerunt. (L-1, p. 76)

Vershil L-1 & L-3:

Summi vero adversarii et omne consilium querebant testimonium, quia non habebant, adversus predictos nobiles ut eos morti traderent per Karolum ducem, nec inveniebant unde possent eos accusare tamquam dignos morte. Multi enim multa testimonia in medium proferebant, et convenientia seu firraa non erant ad illud procurandum quod dictum est. Novissime autem in consilio decretum est extorquere causas blandiciis minis et tormentis a Walramo. Venientes ergo ad eum volebant aliqua ab eo scire. (L-1, pp. 76-77)

Et qui convenientia testimonia invenire non poterant ad hoc procurandum decretum est ex torquere causas blandiciis minis et tormentis a Walramo bastardo. (L-3, fol. 22r)

Vershil L-1 & L-3:

Multipharie multisque modis investigantes interrogaverunt multis sermonibus nunc de patre suo Reinaldo nunc de Ghijsberto patruo eius, causas multas inquirentes. Ipse vero respondit: Quam accusationem adversus eos habetis. Dicatis quid vultis a me scire. Specificetur enim aliquod crimen, quod vultis ipsis vel mihi imponere. Qui responderunt et dixerunt: Si illi et tu non essent malefactores, non captivasset vos dominus noster pontifex. Ait autem illis...

Multipharie ergo multisque modis investigantes interrogaverunt multis sermonibus. Qui cum nihil fateretur redierunt in vigilia Johannis baptiste cum tortoribus et quisierunt primo de homicidio ab eodem perpetrato super Biltam de quo dictum est superius capitulo XLVI. (L-3, fol. 22r)



...Specificetur ergo crimen quod vultis nobis imponere. At illi minas intulerunt dicentes: Tu manifestabis nobis occulta consilia et traditiones patris tui, nec non et traditiones tuas et patris tui, alioquin suppliciis et tormentis peribis. Qui adhuc rennuit aliquid dicere, quia non volebat fingere mendacia mortis contra patrem suum, et patrum. Tunc in vigilia Nativitatis Iohannis Baptistae venientes cum tortoribus volunt eum aggredi cum tormentis, ut aliquid de se et patre suo dicat. Querebant enim tandem ab eo multa et horrenda crimina, et primo de homicidio ab eodem perpetrato inter Haerlemenses prope Traiectum super Biltam, de quo dictum est superius capitulo XLVI. (L-1, p.77)

#### Alleen in L-1:

Sed illud homicidium quamvis pacificatum fuit, querunt tamen an ipse inductus fuit per patrem ad illud perpetrandum. (L-1, p. 77)

#### Verschil L-1 & L-3:

Ipse vero dicebat se illud perpetrasse sine situ patris sui. Tunc ulterius quesierunt an non sciret de confederatione patris sui et patris cum Adolpho principe Gelriae contra David episcopum et Karolum ducem fratrem suum ad profugandum eos de principatibus suis. Occasionem autem quare istud querebant, sumebant ex hoc eo quod idem Adolphus istos nobiles captivos diligeret, et maxime dominum Breruedensem propter probitatem suam et conversationem optimam unde merito erat diligendus. Tertio quesierunt de conflagratione Yselstein si non sciret an pater eius vel patruus consilium vel auxilium ad illud incendium prebuissent. Ideo etiam quesierunt istud quia Gelrenses incendentes Yselstein venerunt per terras domini de Brederueden. Sed hoc ipse prohibere non potuit, quia Reinald us tunc temporis non fuit in partibus illis. Et etiam venerunt tempore noctis per villas, et non per clausuras vel per oppida. (L-1, pp. 77-78)

#### Verschil L-1 & L-3:

Et iam cum non possent habere ab eo certitudinem aliquorum criminum, die prenotato scilicet in vigilia Iohannis...

Ipse vero dicebat se illud perpetrasse sine situ patris sui. Secundo quesierunt an non sciret de confederatione patris sui et patrum suum cum Adolpho priuncipe Ghelrie contra David episcopum et ducem Karolum fratrem eius. Tertio quesierunt de conflagratione Yselstein si non sciret an pater eius vel patruus consilium vel auxilium ad illud incendium prebuissent. (L-3, fol. 22r)

Cum ergo nil vellet confiteri horum qui nihil scriberat aggredientur eum cum tormentis in instanti nudantes eum (L-3, fol. 22r)

...Baptistae cum tormentis eum aggrediuntur, et ut aliquid dicat, volunt inducere cruciatibus. Tortores eius fuerunt Tymannus marschalcus, Philipot castellanus, Alfuncius et Iohannes Dauci. Exuentes autem eum vestibus suis (L-1, p. 78)

Alleen in L-1:

Nam cum supinus iaceret infuderunt aquam per os in ventrem eius et saltaverunt super ventrem eius ut forcius cruciaretur. (L-1, p. 79)

Alleen in L-1:

Extorquebant vero sicut dictum est de Iohanne sculteto omnia que volebant per dira tormenta. (L-1, p. 80)

Vershil L-1 & L-3:

Scripturam autem illam quam sic accipiebant ab eis, miserunt ad Karolum ducem, ut magis eis irasceretur viris sepe dictis, in tantum quod non volebat amodo videre faciem Yolendae uxoris Reinaldi. Ipsa enim Yolenda cum Ysabela duxissa matre Karoli ducis, et aliis multis nobilibus consanguineis suis laborabat pro viro suo, ut ad presentiam ducis perduceretur, et ibi in conspectu militum de ordine eiusdem ducis iudicaretur, quia et ipse Reinaldus erat de eodem ordine. Ipsi enim principes de predicto ordine flexis genibus idipsum petebant. Dux vero Karolus multum iratus, parum de precibus nobilium suorum curabat. (L-1, p. 80)

Scripturam autem illam quam sic accipiebant ab eis, miserunt ad Karolum ducem, ut magis eis irasceretur et mortis sinnaz con eos daret. (L-3, fol. 22v)

**Hoofdstuk 53:**

Alleen in L-1:

Vidit enim quod in tribulatione magna esset, et quod mors sibi absque dubio immineret, pro confessione sua et ideo quam plurimum tristabatur in cogitationibus suis. (L-1, p. 80)

Vershil L-1 & L-3:

Erat enim positus in compedibus, et multociens peciit habere recencia stramina e quibus semper colligebat duriora. Cum quibus tandem aperuit seras de compedibus suis. Quando ergo ciboria sibi portabantur, ponebat se in vinculis. Ministro vero egresso surgebat de vinculis et gradus in maceria faciebat, evellendo lapides, ut scandendo attingeret fenestram parvulam in cacumine carceris positam. (L-1, p. 81)

Erat enim positus in compedibus, et sepius peciit habere recencia stramina e quibus semper colligebat duriora et fortiora. Cum quibus tandem aperuit seras de suis compedibus. Cum ergo cibaria sibi portabantur, ponebat se in vinculis. Ministro vero egresso surgebat de vinculis faciebat foramen in carceris cacumine. (L-3, fol. 22v)

Alleen in L-1:

Rumpens autem vestimenta sua linea in scissuras longas fecit de eis straminibus funiculum fortem et locavit illum prope fenestram per se ampliata, sic tamen quod extra carcerem positus posset dissolvere et deponere funiculum. (L-1, p. 81)

Vershil L-1 & L-3:

in nocte post octavam Assumptions Mariae exilivit cum predicto funiculo de tenebroso carcere cum per IX ebdomadas et IV dies in captivitate fuisset. Cumque staret extra carcerem prope undecimam horam et laboraret pro depositione funiculi ne diluculo suam factum pereiperetur, ecce casu unus ministrorum pontificis aulam exivit ut effunderet suam urinam. Quem cum Walramus mingentem audiret, stetit sub silencio donec ille reingrederetur. Non enim poterat eum videre, quia ultra modum tenebroso erat nox illa. Cumque enim nox illa nimis frigida esset et magna turbacio ventorum et aeris fieret, famulus ille cicius quo potuit reingressus est aulam ad socios suos. Post cuius recessum Walramus accipiens funiculum abscondit et pervenit natando ad anteriorem partem castri. (L-1, pp. 81-82)

in nocte post octavam Assumptions Mariae exilivit de carcere. Cumque staret extra carcerem prope undecimam horam nocte ecce casu unus ministrorum pontificis aulam exivit ut suam effunderet urinam. Quem cum Walramus mingentem audiret, stetit sub silencio donec ille ingrederetur. Post cuius recessum pervenit natando ad anteriorem partem castri. (L-3, fol. 23r)

Alleen in L-3:

[na Deum sine more a vobis transfretari (L-1, p. 82)]

Et qui habebat adhuc omnem pecuniam suam, qui nondum adhuc erat pecuniis spoliatus (L-3, ff. 23r-23v)

Alleen in L-3:

[na sed volo ut remitgetis in Hagenstein (L-1, p. 83)]

et dabo tibi pro mercede bonum denarium (L-3, fol. 23v)

Vershil L-1 & L-3:

Remigate usque in Hagenstein et dabo tibi pro mercede tua bonum denarium, sin autem consummabis hic vitam tuam. At ille ut haec audivit fecit secundum voluntatem suam et perduxit eum in Hagensteyn. Aperiensque iterum bursam suam dedit et illi aureum denarium. Habebat enim et adhuc omnem pecuniam suam, quia tempore captivitatis nondum erat spoliatus pecuniis. (L-1, p. 83)

Dixi tibi pro habebis bonam mercedem si feceris sed si ymmo noluoris consumabis hic vitam tuam. At ille ut hec audivit fecit secundum voluntatem suam et perduxit eum in Hagensteijn et aperiens ibi bursam suam dedit ei bonum denarium sicut promiscaret. (L-3, fol. 23v)

Vershil L-1 & L-3:

Et Walramus calefaciens se et accipiens a sculteto alias vestes venit in crepusculo diei ad portas Vyanensis oppidi et clamavit voce..

Et calefaciens se et accipiens a sculteto alias vestes venit in crepusculo diei ad Vyanensis oppidum narrans oibus oppiddanis qui...

...magna ut aperirentur sibi portae et intromitteretur. Oppidani autem audientes Walramum esse ante portas introduxerunt eum cum magno gaudio et narravit eis et omnibus audire volentibus ea que sibi in captivitate acciderant et quomodo evasisset imminens mortis periculum. Misit autem tunc unum virum simplicem confestim ad Wijckdorestadum petens ab episcopo torquem suam argenteam. Cumque nuncius venisset circa meridiem ad Wijckdorestadum et episcopus ista audisset misit unum de ministris suis ut videret si Walramus evasisset de carcere. Qui aperto carcere et eo non invento renunciavit pontifici. Postquam dominus David haec audierat non credidit tamen quod esset in Vyanen sed estimabat quod ad huc latitaret in agro et ideo misit plures equites ad perquirendum eum; sed omnes reversi sunt eo non invento. Tunc presul diligenter nuncium predictum examinans didicit ab eo tempus quo Walramus in Vianen venerat. Et ut cognovit quod verum esset dixit ei: Si Walramus habere torquem suam desiderat, veniat hic et auferat. Walramus autem minime cogitans ut ad episcopum rediret, complevit devote peregrinationem suam (L-1, pp. 83-84)

...acciderant. Walramus autem complens devote peregrinationem suam (L-3, fol. 23v)

#### Alleen in L-1:

Elapso igitur Walramo de vinculis et carcere manifestavit crudelitatem cunctis quam sustinuit, et quomodo per dira supplicia compulsus fuisset omnia affirmare que ab ipso querebantur. Igitur dominus David antistes satis anxius in corde suo iam existens prohibuit ne nobilibus vinculis diceretur quod Walramus evasisset de carcere, ne inde animosiores efficerentur ad non fatendum. Antistes autem sepius post torturam Walrami habuit contra captivos nobiles consilium, ut eos perderet. Convenerunt ergo in unum aliquando adversarii eorum et consilarii pontificis et consilium inierunt adversus dominum de Brederueden ut eum morti traderent pro causis ab eo exquirendis cum tormentis. Et averterunt sensum suum et declinaverunt oculos suos ut non viderent caelum et sedentem in eo neque recordarentur iudiciorum iustorum dicentium: innocentem et iustum non interficies. Sic ergo ab eis decretum est, ut et dominum de Brederueden cum tormentis invaderent, quod et fecerunt ut patet in sequentibus capitulis. (L-1, pp. 84-85)

#### Hoofdstuk 54:

##### Alleen in L-1:

ymo et pudet dicere quid sceleris intervenit, nam ecce impie statuerunt nisi sua sponte idipsum fateretur nobilis miles, quod predictus Walramus detexerat compulsus saevas manus in eum tormentis iteratis extenderent. O feroces animos, O crudeles cogitationes, O virus pessimum in nobili domo de Brederueden labem querere, que opido semper honoris cupida fuit. Parcite scelestes, optimum illi nomen tradidit antiquitas. Nichil nec quidem vel unus famae suae

negligens visus est de caterva measse. Unde de Brederueden nobilis leo exivit. Sed quid? Tunc quidem non ambulant quiete virtuosius, cum malorum perdicione seculum manet. Sicque et in alto sedentis verborum immemores dicentis, innocentem et iustum non perdes morte, eum quem illustris stipes Hollandiae ex origine dedit, velut eos qui aut aliena diripiunt, aut qui sedicionem committunt latrones, et penis et tormentis strinxerunt, atroci namque supplicio aggressi, dignam quiddam audire sperabant, conatque intelligere ab eo, quod pridem numquam cogitaverat vel etiam semel. Sed non est a Deo permissum ut sic innoxius tamquam pro noxa traderetur in necem, innocens evasit sed post tormenta. Et sub-sequens aedicio penarum omnium maneriem exponet, quam etiam et sua nobili manu, que mentiri non didicit Reynaldus conscriptam quod ipsemet repperi. (L-1, pp. 85-86)

Vershil L-1 & L-3:

Mox secum existimans innocens miles Reynaldus intra se ait: Et timor et pavor undique me pungunt, si quesito malorum assentiens fecisse me dixero, mors mihi in promptu est, si nichil verbo meo iniquam voluero petitionem firmare, centum centum mortes indies feram oportet, penas eorum evadere non possum. Anxius quid valet assentiam. Minime certe, me equissimo iudici Deo committam et aperiam veritatem. Sicque deliberatus nobilis Reynaldus veritatem detegere voluit, quia et ipsa numquam de domo de Brederueden aut profuga fuit aut exulavit. Et cum honorem sic consulisset quesitis taliter respondit (L-1, pp. 86-87)

Mox idem nobilis Reynaldus taliter respondit sicut innerti in scriptuis sue proprie manus de hac rem. (L-3, fol. 24r)

Alleen in L-1:

O velleris aurei electi latores, o viri insignes audite quantum iniuriae ordini, quantum dedecoris, huic ordinis supposito, tam pessimo factore evenerit, quis confrater existens hoc patienter perferret, si omnibus iussit milicia vobis pupillos et viduas defensare, an non innoxius Reynaldus iste inter dictos sorciatur tuitionem? quod et si vel omnem vindicare inimmunem non libet, corripite saltem ordini et confratri illatam iniuriam, qui in aureum vellus, vel etiam clam non erubuerunt committere, publice puniantur. Maiestas se laesam conqueritur. Cum igitur ablatus est torques, in eum mittentes lumina velut lupi, et leones audaces predicti laceraturi inspexerunt nobilem virum. (L-1, p. 87)

Alleen in L-1:

aut quasi extra mundi terminos aequitate sepulta cuncta licerent, aut velud eundem infamia evidens omni plebi de crimine reddidisset suspectum. Sed non sic utique non sic nemo veritatis assertor aliud censet, quin et terrae et maria nobilem domum de Brederueden humanissimam semper clamaverunt, nulli gravis in terris, in mari naufragium passis ad littora sua semper et ubique pepercit, monasticis quasi debitor apertus, nulli pias subtrahens manus, quam et etiam ad huc hodie satis optimam predicant, viri, mulieres, pueri. (L-1, p. 88)

Alleen in L-1:

nam cum se panderet Phebus veritatis ymago, tenebrarum filii nova petituri iniquitatis consilio ad caput suum pontificem sunt regressi. Sed heus qualem illi noctem dederunt pessimi tortores cubandi quietisque tempus versum est illi in diram vigiliam et in inquietissimas horas. Ubi nunc

precor legis preceptum Romanum principem inquires noctes insomnes ducere, ut aliis quietem faciat, non utique insons hic iste percepit legis vigorem, sed nox sevissima eum paenis attrivit. Et postquam sic recessissent omnes (L-1, p. 89)

### **Hoofdstuk 55:**

#### Alleen in L-1:

Sed tu pessimo deterior nequam spectate ipsum, vide quid audes, qui tuos immeritos artus textit, honoravit sanguis nunc coram te veste spoliatus manet, et tuo precepto. Non est miser confusus cernere, quod nec sinit naturalis aequitas. Quid dicis? Quid respondes infelix? Obmutesce. Non te orbis universi excusaret oratorum omnium facundia. Et supra gradus sedes. Verum et nisi ex tergo scandendo gradibus adhuc ieris in tumultum tuum, suspendii supplicium suscepturus, non habes quod meruisti. Scisti ne, quas multae provinciae clientibus leges indicunt, qui aut dominos aut dominorum sanguinem perdunt, ignoras quod et imperialis tradicio preceptoribus suis ingratos non sinit impune transire? Enimvero aut fas aut iura menciuntur aut tu velut improbus nequam iam mones iudicatus satis. Ipse est ergo Philipot ille ut supra memini qui verbum hoc dicerat, et si annis duobus continuis, et nocte qualibet ludere sic tecum haberemus, dices et nobis. (L-1, p. 93)

#### Alleen in L-1:

Nunc istic aures viri dirige, quibus militiae nomen est, is tam durissime tentus, adhuc militiae memor, maculam dare in gulam eius secum dissuasum et fedum habuit. Ipsa que tam semper verbi tenax fuit clara domus de Brederueden, omnibus vobis sit norma faciendi. Pluris os verax est abiecti pauperis, quam valde potentum labia mendacia, inter homines vir constans plus est homo. His satis. (L-1, p. 94)

#### Verschil L-1 & L-3:

Locutus est ergo verum, et quidem iuste. Debuit inquam suam docere innocentiam innoxius miles, super quem nullus infamie articulus pridem clamaverat. Debuit quidem secundo ut nobilitati adiuncta honestas, que semper in domo de Brederueden amicissima fuit illesa maneret. Falso quidem aliquando incusari potuit, vero nunquam rea inveniri. Ipsa est que faciem pandit ubique, ipsa est que et mortes et vitas patrum suorum audet in apertum ducere. Hanc nemo non laudat veridicus. Et qui illi mala optant et moliuntur occulti persecutores inter iudices aequos erubunt, vel verbum dicere, quia vulgo et clero dilecta. Est tamen et seculis multis, ut multa taceam eciam maxima perpessa. Haereo et vellem utique didicisse, quis eam et tam amaro vultu et tam ictu diutino planetarum respexit. Si cunctis bene vult, si nulli nocere nititur, si cara bonis est, si vere in eius gloriam non possunt terre habitatores, labem ponere, cur patitur? Sed scio plane que patriarchae filium Joseph pessima fera devoraverat invidia, et domum de Brederueden, et nobilem Reynaldum in...

Locutus est ergo verum fatendo suam innocentiam. Deinde reverse sunt illi ad loca sua. (L-3, fol. 26v)

...hanc miseriam misit. Comitatum virtute nobilitatem iniquitas emulatur. Ipse quidem pre caeteris prestancior, persecutus est pre caeteris paenas accepit, qui beneficio meritus erat. At sevissime huius iniurie sanguine de Brederueden, et tinctas et matidas manus etiam adhuc hodie ferunt hii qui nefas istud falsa machinatione patenter sunt operati. Manus dico sanguinolentas presentant, quia nec dum sanguini est satisfactum. Sed et sunt plerique qui in absconditorem ex radice egerunt, et lotis manibus his diebus se mundos mentiuntur, et pylatizant. Non eos innoxios daret pelagus totum. Non omnis qui desuper limpha mittitur ymbribus rore pluvia. Novit ipse qui cordium scrutatur occulta, an non in eorum conscienciis miserunt hunc sanguinem, et ipsi quidem et tunc sciemus apertius cum factorum vices redditurus venerit iustus iudex. (L-1, pp. 95-96)

#### **Hoofdstuk 56:**

##### Alleen in L-1:

Patet igitur per predicta, quod dominus Breruedensis fuit quasi aurum quod fornax probat et non uritur. Hollandiae namque leonem ab impudicis conteri cunctis ante captivitatem non credibile videbatur, sed Reynaldus tamen tortus, dum iterum datur tortori novus Iob succedit veteri, et vox aque infusae, voxquam illate paenae caelum replet clamore celebri, Reynaldus ergo totiens petiit confessorem sacerdotem habere sed optinere non potuit. Dicebant enim ei: Petis confessorem, ut illi pandas tibi inflictas paenas. Noli cogitare desuper, quia non optinebis. Dicere ergo potuit ad Dominum in orationibus suis: En morior cum nichil horum fecerim, que isti maliciose composuerunt adversum me. Fuit tamen cor eius in Domino fiduciam habens. Exaudivit autem Deus vocem eius, quia Ipse est refugium afflictorum, ut patebit in sequentibus. Porro Karolus dux cum vidisset litteras et cedulas episcopi Traiectensis contra dominum Breruedensem scriptas, satis extitit iratus, et propterea cogitavit punire eum secundum exigentiam delictorum. (L-1, p. 96)

##### Alleen in L-3:

[na Karolus dux noster usque ad extremum modum te examinari (L-1, p. 98)]

Quod menciebantur. Nam ipsis nihil aliud commissum fuerat a duce Karolo qui ut eum produceret ad presenciam ducis Karoli et aliorum principum ut ibi examinaetur ut predictum est non autem ut ipsi autem in peruato examinaerut ar tortue traderut ex ergo pted pro hec omnia propria temeritare et rancore in iudie feteruntnquod tum boni milites facere non debent nam ratione ruramenti militaris persequentium liberare at defendere isti artem qui riumlisecerunt. Istis omissus ne videar her ex percialitate consecibere. (L-3, fol. 27r)

##### Alleen in L-3:

[na necessaria fuerant in itinere, episcopus (L-1, p. 99)]:  
qui eum diancius servare non auderet (L-3, fol. 27v)

## **Hoofdstuk 57:**

### Vershil L-1 & L-3:

Qua de re prelibatus dux anno sequenti scilicet M CCCC LXXII quarta die mensis May, que tunc fuit dies Veneris, suscipiens excusationes Reynaldi (L-1, p. 100)

Quare prelibatus dux anno sequenti scilicet M CCCC LXXII quarta die mensis may, ~~que tunc fuit~~ suscipiens accusationes dominum Reijnaldi (L-3, fol. 28r)

*N.B. L-3 streept woorden door die op die plek in L-1 voorkomen.*

### Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Dixitque etiam Karolus dux ad dominos de Crick et Symonem de Lalleynge: Quia dominus Breruedensis tam acerbe est examinatus et innocens repertus, magnificabo eum in conspectu omnium inimicorum suorum et ad dexteram meam collocabo eum; quod et postea idem dux adimplevit. (L-1, p. 101)

### Vershil L-1 & L-3:

Porro post haec decrevit visitare dominia sua, et amicos suos, ut de sua presentia eos laetificaret. Descendens autem cum decenti comitiva Hollandiam, occurrerunt ei primo Dordracenses, et congratulantes ei, susceperunt eum cum magno gaudio. Similiter et Rotterdamenses ei obviantes circa Leckae fluminis oram, et Schoenhovienses fecerunt; et sic tandem venit ad Vyanen oppidum suum. Ibi enim congregati fuerunt principales villarum suarum de Ameyda, Thienhoven, Merkerck, Lexmond et Heycoep, susceperuntque eum cum iocunditate nimia ut nimirum dignum fuit. Cum ergo et per Hollandiam cum grandi apparatu et strepitu curruum pergeret, venerunt ad eum nobiles viri et mulieres de eius cognatione, et cuncti qui noverant eum prius et fecerunt ei in multis locis convivia magna. (L-1, p. 101)

Quibus gestis venit ad Vijanen oppidum suum. Et venerunt ad eum ibidus principales villarum suarum de Ameyda, Tijenhoven, Merkerck, Lexmond et Heycop, etc. susceperuntque eum cum iocunditate nimia. (L-3, fol. 28r)

### Alleen in L-1:

Factus est autem postmodum iterum schultetus Traiectensis. (L-1, p. 101)

## **Hoofdstuk 58:**

### Vershil L-1 & L-3:

Petiit ergo multotiens Karolem ducem, et specialiter in statione principum aurei velleris celebrata anno sequenti in urbe Valencia, ut eum adiuvaret in liberatione fratris. Qui se id facturum promittens, scripsit litteras deprecatorias ad episcopum...

Petiit ergo multotiens Karolum ducem qui ei aditorium promiserat ut sibi ad hoc auxilium ferre dignaretur. (L-3, fol. 28v)



...fratrem suum pro liberatione archidiaconi.  
(L-1, p. 102)

Alleen in L-1 (komt tot en met "die Veneris ut dictum est obiit" overeen met N):

Et nota illustris satrapa predictus in die Veneris fuit natus, in die Veneris fuit captus, in die Veneris fuit laxatus a captivitate pontificis. In die Veneris fuit liber a Karolo duce sententiatus, in die Veneris iterum Vyanen reingressus, in die Veneris eius senior filius Walramus fuit natus, et in die Veneris ut dictum est obiit. Hic etiam nobilis princeps ecclesias Dei largis dotando muneribus dedit in diversis locis vitra magna et preciosa ornamenta, maxime fratribus beatae Marie Virginis in Haerlem, unum aureum rubeum ornamentum ex flucto et unum deauratum etiam in Ogha. Dedit etiam capellam sancti Patricii in Zantpoort eisdem fratribus in Haerlem nunc dictis, cum XXX libris Hollandiae in certis redditibus omni anno, et ipsi iedonaverunt ei XV libras annue in Schotan quas eis donaverat Theodericus dominus Breruedensis proavus istius Reynaldi domini de Brederueden. (L-1, pp. 102-103)

### **Hoofdstuk 59:**

Verschil L-1 & L-3:

ut liberationem eius differret donec idem Ghijsbertus induceretur per blandas suggestiones ad consensendum pontifici in aliquibus casibus. Factum est autem cum aliqua sibi proposita fuissent ab antistite, ut consentiret et liberaretur a captivitate sua, accepit desuper suam deliberationem. Non autem scivit fratrem suum liberatum esse. Sic enim preceperat pontifex ut sibi liberatio fratris sui non diceretur, ut eum melius inclinaret ad voluntatem suam. Cum ergo idem Ghijsbertus sepe tractaret in corde suo episcopo consentire velle, ut eo liberato posset fratrem suum liberare, quem adhuc credebat in captivitate teneri, accidit, ut magister Theodricus Croll secundum antiquum modum ingrederetur ad eum propter defectus curandos quos habebat in cruribus et ab eo didicit fratrem suum liberatum fore. Quare cum episcopus misisset pro responsione, negavit pontifici omnia, que ab ipso petierat. Tunc episcopus suspicionem habens de magistro Theodrico Croll, vocavit eum ad se et ait illi: Dic in veritatem, si revelasti archidiacono liberationem fratris sui. Qui negavit ab eo perpetrata fore talia. Episcopus tarnen non credens ait: Magister, magister, ego ad huc optime percipiam de hac re veritatem. et reddam tibi vicissitudinem. Egressus igitur a facie pontificis timuit malum sibi machinari ab episcopo et ideo clam assumens res suas, exivit civitatem i Traiectensem et venit...

ut liberationem eius differret donec idem prepositus induceretur ad resinacionem dignitate archidiaconatus retentis inde aliquibus redditibus. Et insuper idem antistes voluit ut ineramento se constungeret numque intrare dyocesisin Traiectensis. Audiens igitur Ghijsbertus mortem fratris sui vehementer doluit, quare consentiens episcopo resignavit archidiacotum et ei successit magister Simon de Slusa medicus caroli ducis. (L-3, fol. 28v)

...Vyanen, ut ibi tutus esset a facie antistitis. Obiitque in brevi in hoc oppido, et sepultus est. Episcopus autem videns archidiaconum contra se erectum, informavit Karolum ducem fratrem suum in tantum, quod ei amodo molestus non esset pro liberatione archidiaconi. Quod cum cerneret Reynaldus dominus de Brederueden, habuit consilium cum suis amicis et scripsit omnem rem gestam domino Sixto papae, petens ab eo desuper iusticiam et auxilium contra episcopum Traiectensem. Qui cum intellexisset factum rei, decrevit per exhortationes et comminationes episcopum David inducere ad liberationem archidiaconi. Cum ergo episcopo Traiectensi scriberet voluntatem suam et ipse summo pontifici multotiens rescriberet de hac re, contigit interim Reynaldum dominum de Brederueden infirmari et mori. Tunc episcopus magis animatus decrevit Ghijsbertum archidiaconum non liberare, nisi resignaret preposituram suam. Cernens igitur summus pontifex episcopum induratum esse, misit quemdam legatum ad Karolum ducem et dominum David episcopum, ut eos induceret ad liberationem Ghijsberti. Sed nichil idem legatus profecit, quia Karolus dux intendebat magistrum Symonem de Slusa medicum suum sublimare in archidiaconatus officium, et ideo volebat ut Ghijsbertus de Brederueden dignitatibus suis cederet, retentis inde redditibus secundum congruentiam sui status. David etiam pontifex quam plurimum ad hoc aestuabat. Et insuper idem antistes voluit ut iuramento se constringeret, nunquam intrare dyocesim Traiectensem. Audiens autem Ghijsbertus mortem fratris sui, doluit vehementer. Videns etiam se liberari non posse nisi consentiret, que supra diximus, elegit potius esse liber quam durare in captivitate longa. Quamobrem consensuens episcopo retinuit sibi redditus multos ad vitam suam ex dignitatibus suis, preter summam quatuor milium et ducentorum florenorum renensium, quam habebat ex episcopatu Traiectensi, et resignavit archidiaconatum seu preposituram in summo. Tunc Symon de Slusa medicus Karoli ducis factus est prepositus in summo...

...et archidiaconus Traiectensis. Preposituram autem ecclesiae sancti Donatiani in Brugis resignaverat diu ante suam captivitatem magistro Anthonio Hanneren pro prepositura in Traiecto superiori, et illam eciam ab eo adquisierat magister Everardus Zoudenbalch. (L-1, pp. 103-105)

Alleen in L-1:

cui monasterio legavit mille florenos in elemosinam. (L-1, p. 106)

Verschil L-1 & L-3:

Nam post paucos annos Karolus dux interficitur in bello, et Traiectenses cum Amersfordiensibus se erigentes adversus suum antistitem gravis belli tumultus subsecutus est. Tota ergo terra Traiectensis destruitur et episcopus Traiectum veniens per intrancium tumultum subito captivatur et in Amersfordia sub custodia Reynaldi domini de Bruechusen nepotis domini Breruedensis per viginti ebdomadas locatur. (L-1, p. 106)

Nam post paucos annos Karolus dux in bello anti oppidum Nansy interficitur anno scilicet LXXVII et Traiectenses cum Amersfordiensibus se erigentes adversus suum antistitem gravis belli tumultus subsecutus est. Tota ergo terra Traiectensis destruitur et episcopus Traiectum veniens post dies paucos ab unmitte suis captivatur et in Amersfordia sub custodia Reynaldi domini de Bruechusen nepotis dominum Breruedensis per viginti ebdomadas locatur. (L-3, fol. 29r)

**Hoofdstuk 60 :**

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Natus enim fuerat idem Walramus in anno Domini MCCCCLXII, ipso die sancti Severi, qui tunc fuit dies Veneris. Et Franciscus domicellus frater eius natus fuerat in anno Domini MCCCCLXV altera die sancti Blasii episcopi et martyris. (L-1, p. 106)

**Hoofdstuk 61:**

Alleen in L-1 (komt overeen met N):

Porro hic Georgius castellanus de Vyanen predictus habuit in uxorem unicam filiam Philippi Ruychrock consulis Hollandiae, de qua genuit. (L-1, p. 112)